

75

Serenissime et Potentissime Rex
Domine Clementissime

A. 3.

Devota Sacra Regia Majestati Vestre, Burggraviorum
et Comitum a Thona familia, neq. Serenissimis Regibus,
Gloriosissimis Prædecessoribus Sacra Regie Majestatis, ipsiq.
inclite Reipublice, tam indigenatus Polonia jure, quam
fidelibus Servitijs suis tam pacis quam belli tempore
incognita, gaudij magnitudinem sine suo complecti nequit,
quo minus eam ante Regium Sacra Regie Majestatis thronum
profunda veneratione pandat, immensos cum videat
labores a Sacra Regia Majestate Vestra pro salute et
tranquillitate Regni sui susceptos per Summi Numinis
benedictionem adeo felicibus hucusq. successibus coronatos
fuisse, ut jam alma pacis proximam reductionem amicabi
congressu Partium interfectarum, infallibiliter promittant.
Secundet Deus et ulteriores Sacra Regie Majestatis Vestre
gloriosissimos conatus fini tam justæ et salutari proposito,
facitq. immortalisari Augustum Nomen memoriamq. Felicis
sini Regni Eius per aureos annos, quos Pax illa Patrie, restitu-
taj. publica securitas referent. Non postrema erit et No-
stra familia, quæ in partem Eius publicæ felicitatis per gratiam
et justitiam Sacra Regie Majestatis Vestre, ipsiusq. Rei-
publicæ veniet, idq. eo impensius, quo adversa nostra fors
de effectibus antecessanæ Pacis Olivenis sorti nostræ adjudicatis
hucusq. adhuc letari minime concesserit.

Non latere Sacram Regiam Majestatem Vestram potest
 hereditaria Nostra in Ducatu Livonia bona ante centum
 et ultra annos vel directe in usum Reipublice pro melior
 finium adversus externos hostes defensione, Nobis sub fide ampt
 restitutionis accepta, vel etiam ex parte restituenda Eiusdem
 tranquillitati sacrificata. Profusus Nostra familia in servitia Res
 publica sanguis, exhausti in commoda Eius sudores et sumptus,
 fidesq; semper integerrima et adversus omnes adversitates con
 stans, neq; ex altera parte minus etiam constans et perfectissim
 Serenissimorum Regum Polonia Reiq; publica justitia, veteru
 agris oculis ferre, possessiones nostras amplissimas ipsorum se
 vitis et commodis litatas. Non effugit etiam cognit
 onem et aequanimitatem Congressus olim Olivensis Zelus ill
 Noster: Tribuit idem huic, quam optime demeruerat just
 tiam per articulum XXIIum Pacis Tractatus, quo Respubl
 icam reparacionem damnorum Nostrorum impense m
 standam in se suscepit. Tentata desuper multoties lig
 datio, sed graviora Reipublice Negotia identidem obvenien
 perfectionem operis retardarunt. Expertam etiam ipsa
 noviter habuit devotissimam patientiam Nostram per
 sexaginta et ultra annos, quibus Nostra familia effecta
 illius justae reparacionis suspensio commoditatem Reipub
 lice summa discretionem prestolata. Jam vero ad
 horam Superi ostendunt, quae dignum Zeli, fidei, profu
 sanguinis, laborumq; et damnorum perceptorum referre
 queamus premium, dum in Persona Sacrae Regiae Majesta
 Vestra ipsam quasi justitiam in throno Regio collocatam
 officioq; suo eo letius et plenius fungentem venerabundi
 intuemur, quo jam discubis propinqui belli nubibus sere
 num Coelum omnibus justitiam quarentibus pandit, ut
 hisce gradibus et plena Pacis reditum eo propinquiorem
 reddat. Cognoscat Sacra Regia Majestas Vestra cum
 Illustribus Regni sui ordinibus ad id Pacis Negotium requis

eius gradus non minus etiam Nostra familia ejusq; damnorum
 acceptorum Satisfactionem pertinere, utpote et fide anterioris Pacis
 specialiter stabilitam et auctoritate Guarantia Magnarum Poten-
 tiarum communiter confirmatam. Age ergo, Serenissime Rex, pro
 dignitate immortalis Nominis Tui, pro munere Regio, proq; innata,
 quam in administranda justitia percipis, summa voluptate, ut satis-
 factio Nostra precedat Nova Pacis Tractatum, et vel inde etiam in
 Congressu Pacis futuro Pietas, fides et Aequanimitas Majestatis Vestre
 novo quodam Fulgore in oculis et amicarum Potentiarum et ipso-
 rum quoque hostium atq; invidorum colluceat. Proxima ad id
 via erit, si Sacra Regia Majestati Vestre gratiosè placuerit,
 propediem denominare certos a latere suo Commissarios, cum
 quibus liquidatio damnorum Nostrorum ex aequitate institui
 possit. Obtinimus a Sacra Regia Majestate Prussia, Do-
 mino Nostro Clementissimo, ut Ablegatus Eius Extraordinarius
 ad Aulam Sacra Regia Majestatis Vestre subsistens, id negotium
 pro Nobis agere possit, dum interim Nos Servitij Sacra Regia
 Majestatis Prussia, Fidelissimi Sacra Regia Majestatis Vestre et
 Reipublice Colligati, detenti, quantum in Nobis vitium erit, optima
 Contelligentia inter utrumq; Foederatum Statum augmenta,
 Foederisq; et Societatis presentis mutuas utilitates nostro ex loco,
 pro antiqua fide et Devotione seculo curabimus, quoad vita cui-
 piam Nostrum supererit, profundissimo cultu et Studio per-
 severaturi

Sacra Regia Majestatis Vestrae

Humillimi & addictissimi
 Servi

Burggravi & Comites de Bona